

IUSTI LIPSI
MONITA ET EXEMPLA
POLITICA.

LIBRI DVO,

Qui VIRTUTES ET VITIA Prin-
cipum spectant.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

M. DC. V.

Cum Privilegiis Casareo & Regio.

SER^{MO} ET POTENTISS^{MO}
PRINCIPI
ALBERTO

ARCHIDVCI AVSTRIÆ,
DVCI BVRGVNDIÆ,
PRINCIPI BELGARVM.



ERTIVM hoc ingenij & stili mei monumentum est, SER^{ME} PRINCEPS, quod inclyto nomini tuo LIBENTES MERITO imus consecratum. Et si vllum; quomodo non istud, quod ipso titulo ad Te vocat, & augustum hoc nomen vult inscribi? Sunt enim MONITA POLITICA: ad quem iustiùs, quàm ad Politix & status nostri rectorem ibunt?

*

2

Sunt

Sunt EXEMPLA : & cui conuenientiùs
dabuntur, quàm qui stirpem & gen-
tem suam in ijs agnoscet? *Rudolfi, Philip-
pi, Maximiliani, Caroli, Ferdinandi, Alphonsi,*
passim hìc memorabuntur, è maiori-
bus tuis : qui scriptionem hanc illu-
strant & insigniunt, vt cælum stellæ.
Quid, quòd argumentum & mate-
ries eòdem ducit? VIRTUTES ET VITIA
Principum ; illas formamus aut sugge-
rimus, & hæc amolimus : at tu illa-
rum grande exemplar es, qui eximias
habuisti & habes; & horum (quantum
homini licet) pænè expers, in omni
ætate aut nesciuiisti ea, aut spreuisti.
Ergo ad Te imus : & quo fine? vt
splendorem huic scriptioni mutue-
mur, & tutelam. Sicut insignia ve-
stra ædibus, Prætorijs, villis appendi-
mus, contra vim aut proteruiam : sic
nomina hæc sacra, contra calumniam,
aut

IUSTI LIPSI
MONITA ET EXEMPLA
POLITICA.
LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

*In sermonem & rem ingressio, atque obiter
utilitas Exemplorum.*



V DITOR. Accedo, annuis? LIPSIUS. Imò accede, & sede. vacuum reperis, & sermonibus haud alienum. Otium est, & lapsus cum equo (non enim ab equo, ne rideas) ferias mihi fecit, & domum feruare, focum assidere, iussit. O rem ingenio meo alienam! nec aliud magis vitam aut vigorem mihi sustinet, quàm exercitatio & motus. At ferendum est, quod non mutes. A V D. Ferendum. & nobis diutinum desiderium: quod haud semel promere memini, & ad te velut communi legatione deferre. LIPSIUS. Quid ais? A V D. Illud de EXEMPLIS, quæ viri & iuuenes flagitant (ita loquendum est: nec enim petunt tantum.) subiungi POLITICORVM tuis libris. Sunt ibi Sententiæ & velut Decreta, vtilia ac salutaria: quis abnuat? sed vt valida atque efficacia sint, nonne vides vsum, id est Exempla decesse? Hæc adde, & pulcherrimè cceptum opus absolue: nec muros tantum & tectum, sed instrumenta atque ornamenta adiunge. Sicut herbas qui seuit, opportunè eas irrigat atque alit, vt adolescant: sic tu Sententiarum istos velut frutices soue & attolle, vel sole vel pluuiâ, vt sic dicam, Exemplorum. Vtrum-

A uis

SYMMONIA PRIVILEGII REGII

Philippus Dei gratia Hispaniarum, Sic. Rex Ca-
tholicus, diplomate suo tenore, noscitur, Iussu Regis
Hispaniarum et Siciliae, Ysaacum Plantinum, et
filios eius, et successoribus suis, et heredibus
suis, et legitimis heredibus, potestatem, potestatemque

A N T V E R P I Æ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

APVD IOANNEM MORETVM.

M. D. C. V.

Tibi Johannes Moretus, pro amicitia et studio
cum Plantino (suo antecessore) et Plantiniano
est collegio, et collegio, permittit, ut per
ET EXEMPLE POLITICA ipsi tunc extant ac
diligenter. In quibus tibi aliter per te cupio fieri, ut
lege divina regere Casus Et Res omnes dicantur.

Inquis Lipsius

